EFFIGIES DANIELIS *in habitu Babylonico, ſcilicet ſaraballis, purpura, et cidari. illo enim eum in Babylone et* [illegible] *vſum, patet Daniel. 3. 21. et cap. 2. 29. Curaui eam expingi ex vetuſto Codice Bibliothecæ Vaticanæ, nempe ex Græco Sanctorum Menologio manu ſcripto, et picto auratis imaginibus ad viuum, ante annos 700. Fuit hic Codex Baſilij Porphyrogeniti Imp. qui Conſtantinopoli nuper allatus ad Cardinal. S. Cæciliæ, ab eoq; datus S.D.N. Paulo V. Pontif. eius iuſſu repoſitus eſt in Biblioth. Vaticana, vtpote illuſtre antiquitatis monumentum. Est hæc effigies in Codice numero 252. eam præcedit effigies trium eius ſociorum numero 251. Vtraq; repræſentat et narrat tam Danielem, quam tres ſocios tandem capite plexos ab Attico, re ipſa conſummaſſe martyrium, quod alibi hactenus me legiſſe non memini. porro Codex ipſe notatur numero* [illegible]